

cum Christus nostrarum animarum,  
 medicum se profiteatur, unicaq; & ve-  
 rissima peccatorum nostrorum medi-  
 cina sit Sacrosanctus illi<sup>o</sup> sanguis; nul-  
 la autē quantumvis preciosissima me-  
 dicina ægro salutem afferre possit, qui  
 à noxijs & efficaciam medicamenti re-  
 tudentibus sibi non vult temperares;  
 illud sane relinquitur, Christi sangu-  
 nem ac mortem nihil prodesse his qui  
 à peccatis absistere animum nō indu-  
 cunt. Unde B. Paulus cap. 5. ad Gal. ait:  
*Quicunq; talia ( opera carnis ) agunt, re-*  
*gnum Dei non consequentur , neq; Chri-*  
*stum participabunt. Adhęc si Christus.*  
 suo sanguine medicinam nobis est fa-  
 eturus, quis dubitet pri<sup>o</sup> ægrotare nos  
 debere? nam *sani medico opus nō habent,*  
*sed infirmi.* Nullus autem spiritualiter  
 æger est, qui Pœnitentiam nō agit, qui  
 propter peccata sua nō ex intimis sen-  
 sibus dolet & angitur , qui non habet  
*cor contritum & humiliatum*, qui secu-  
 rus est iræ divinæ , qui non constituit  
 firmissimèq; decrevit cum animo suo  
 fugere mundanas cōcupiscentias ; qui  
 deniq; honori, opibus & voluptatibus  
 inhians, nullam de peccatis suis susci-  
 pit cogitationem. Tales, inquam, &

D 7

qui